



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Oratio Ptolemæi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

vt victoriam partam inter hos, de quibus parta est, obrinere possimus. *Capite opus est.* Hoc ne vno, an pluribus, in vestra potestate est. Illud scire debetis, *militarem sine duce turbam, corpus esse sine spiritu.* Sextus mensis est, quo Roxane pregnans est. Optamus, vt marem enitatur, cuius regnum Dijs approbantibus futurum, quã docunq; adoleuerit. Interim, à quibus regi velitis, destinate.

OECONOMIA  
orationis.

I. *Hac oratio valde morata est, & ciuili, præfert enim insignè moderationem, & fidem ipsius Perdicæ, quod magnum erat amoris, & beneuolentiæ lenocinium. Atque vt à Principe viro profecta, sententias habet verba pressas, rebus magnas, vt cum dicit Alexandrum commodatum terris, non datum. Obseruatum est inquit Fabius lib. 6. esse nescio quam, quæ spes, tantas decerpat, inuidiam. Ne videlicet vltra, quam homini datum, est nostra prouehantur. Deinde, quod habet: Militarem sine duce turbam, corpus esse sine spiritu, Rectè ad mentem Senecæ, qui de imperatore ait, Is est spiritus, quem tot millia trahunt. Epaminondas apud S. Maximum serm. 7. de Magistratu, & potestate, cum magnum, & pulchrum videret exercitum sine duce. Quarta inquit bellua caput nullum habet!*

*Pulchra ci-  
uè occidunt.*

ORATIO PTOLOMÆI.

Digna prorsus est soboles, quæ Macedonum imperet genti, Roxanis, vel Arsinœ filius,

cuius nomen quoque in Europa dicere pigeat. Maiore ex parte captiuus est. Cur Persas vicerimus, vt stirpi eorum seruiamus? quod iusti illi reges Darius, & Xerxes, tot millium agminibus, tantisque classibus ne quicquam petuerunt. Mea sententia hæc est, vt sede Alexandri in regia posita, qui consilij eius adhibebantur, coeant, quoties in commune consulto opus fuerit, eoque quoddam maior pars eorum decreuerit, statuto; Duces perfectique copiarum his pareat.

ORATIO MELEAGRI.

*Dura, & aspera, quæ truculentum oratorem faciliè arguat.*

Næc Dijs fuerint, vt Alexandri fortuna, tantique regni fastigium, in istos humeros tuat, homines certè non ferent. Nihil dico, de nobilioribus, quàm hic est, sed de viris tantum, quibus inuitis nil perpeti necesse est. Nec verò intereret, an Perdicam regem habeatis, cum iste sub tutelæ speciei regnum occupaturus sit. Itaque nemo ei rex placet, nisi qui nondum natus est, & in tanta omnium festinatione, non iusta modo, sed etiam necessaria, exactos menses solus expectat, & iam diuinat marem esse conceptum, quem vos dubitatis paratum esse, vel subdere. Si medius fidius Alexander hunc nobis regem post se reliquisset, id solum ex his, quæ imperasset, non faciendum esse censeremus: Harum enim opum regiarum, utique populus est hæres.

CONSULTATIO PERSARVM DE STATV  
Monarchia, Aristocratia, & Democratia.

OTANIS ORATIO PRO IMPERIO POPVLARI.

Ex Herodoto.

Argumentum,

*Oppresso Mago, qui Persarum errore abusus erat ad regnum occupandum, quia interregnum erat, consultant proceres, quid facto opus sit, & quod genus administranda Respublicæ.*